



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

Titvlvs IV. De conditionibus appositis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

maleuolus retardaretur, uel etiam impeditetur remissionem, & relaxationem præmittendi trinas denunciations per iura, capit. cum inhibicio de claud. despon. & Concilium Tridentinum, sess. 24. c. 1. de ref. matr. præceptas, ab Episcopo petere, & impetrare debent, nec a parochio remitti possunt; cum Tridentinum concedendo hanc facultatem Episcopis, eam parochis tacite negare uideatur. c. Nonne de præsump. & Nau in Man. ca. 22. num. 70.

DECISIO II.

Ex conf. 2. alias 7.

Conuitatis incolæ, & ruti prædia habentes, & ad rusticalia exercenda aliquoties in anno ad rus accedentes, dimissa in vrbe parte familia, coram parochio ecclesiæ parochialis illius ruti, & testibus Matrimonium validum, post Concilium Tridentinum, sess. 24. ca. de refor. matr. receptum, & publicatum. contra heretice non possunt; eo quod parochus illius Ecclesiæ ruralis, nullius contrahentium parochus est, cuius tamen præsentia, uel alterius sacerdotis de licentia parochi, seu ordinarij contrahentium ad matrimonium validè contrahendum omninò necessaria est, Nec habitatio ad tempus extra domicilium etiam in domo, & possessione propria, aliquem illius loci parochianum efficit, ea is qui. de sepult. in 6. nisi quando quis in vitro que loco æqualiter habitaret. c. 2. sub fin. eo. tit. & lib.

(Aduertendum conf. 3. in antiquis 1. 2. dubia in se continere, quorum 1. 2. 5. & 10. desunt in Nouis, reliqua uero sparsim in Nouis sub alijs titulis ponuntur: Nam 3. est conf. 3. 5. de spons. 4. est conf. 4. de baptismo 6. 7. & 8. sunt conf. 3. & 4. de Iudæis 9. est conf. 6. de diuortijs. 1. est conf. 1. de summa Trinit. & fide catholica; & denique 1. 2. est conf. 5. de baptismo in Nouis.)

DECISIO III.

Matrimonium sine præsentia parochi in terris hereticorum, & infidelium ante Concilium Tridentinum, & etiam post illud in locis illis, in quibus nondum receptum, aut publicatum est, validum censetur, nec dissolui potest si consummatum fuerit, secus tamen si in locis, ubi idem Concilium receptum, & publicatum est, contractum sit, ut patet in eodem Conc. Trid. sess. 24. ca. 1. de ref. matr.

DECISIO IV.

Qui in locis ubi Concilium Tridentinum nec receptum, nec publicatum est, clam contrahunt matrimonium, & relicta postea uxoribus prioribus alias ducunt, uidentibus prioribus, que etiam alijs nubunt, posterioribus conuiuendo peccant etiam post mortem priorum, nec cum illis, sine sedis Apostolicæ dispensatione etiam de nouo matrimonia contrahere ualent: Toto tit. de eo qui dux. in matr. quam poll. Sin uero priores adhuc superstites sint, ad eas redire tenentur, etiam si secundas duxerint; cap. 1. & 2. de sponsa. duorum. cum omnimò illicitum sit, plures simul uxores habere. c. gaudemus. de diuort.

DECISIO V.

Qui in terris, ubi Concilium Tridentinum receptum est, puellam rapit, & cum ea coram parochio contrahit, nullum matrimonium contrahere censetur, sed neque cum illa contrahere potest, quamdiu illa sub raptoris potestate fuerit, & donec illa in loco tuto, & libero ponatur, postea tamen cum illa valide contrahere potest, dummodo ipsa consentiat, ex Conc. Trid. sess. 24. ca. 6. de ref. matr. & formam Concilij in contrahendo obseruent: si autem non sit receptum Concilium, Matrimonium ita inter raptorem, & raptam etiam sine parochi præsentia contractum tenet, si uerè rapta sponte consentit, c. h. de rapt. etiam antequam ipsa in tuto, & libero loco posita sit.

DECISIO VI.

Heretica, seu schismatica, alteri heretico, seu schismatico rite baptizato nupta, quæ postmodum conuersa

nubit catholico, uel postquam ei nupsit, conuertitur, ad conjugem priorem, dum modo ipse honestè, & absque creatoris contumelia, & absque attractione ad peccatum mortale, eam tractare uelit, & alias non edite tenetur: Nullo tamen modo alteri nubere ualeat etiam catholico, & si contrahat, matrimonium tanquam nullum, & irritum censi debet; c. Gaudemus. & ca. quanto, de diuort. & Nau. in Man. c. 22. num. 48. Eo quod Matrimonium inter hereticum, & schismaticam rite baptizatam contractum ualeat, cap. Non oportet, 28. q. 1. & glo. ibi. & S. Tho. 4. d. 39. ita ut si consensum matrum sit, dissolui nequeat; secus autem inter fidelem non baptizatam contractum, qualis est Iudæus, Turca, uel paganus, etiam si iam catechumenus, uel catechumena esset. Glo. in cap. caue. 28. q. 1.

DECISIO VII.

Cum Matrimonium inter catholicum, & Turcam non baptizatam contractum non ualeat; cap. caue. 28. q. 1. & glo. ibi consequenter catholicis, qui infidelem Turcam ducit, & cum ea in fide catholica habitat, nec absolui, nec Eucharistiam sumere potest; eo quod istorum cohabitatio status est fornicationis, qui malus, & illicitus est; c. Nemo. & c. Meretrices. 32. qu. 4. unde separari debent; postque catholicus alteram fidelem licite ducere.

DECISIO VIII.

Ex conf. 57. in Nouis, desit in antiq.

Matrimonium coram presbytero, & alijs testibus trahens, & postea septennio ut ueri coniuges simul conuiuentes, si presbyter ille uilius eorum parochus non erat, neque licentiam ab eorum parochio, uel ab ordinario loci, ad assistendum Matrimonio habuerit, adeo nullum, & inuaidum est, ut partes a seipsis discedere, & alteri copulari possint, ut colligitur ex Conc. Trid. sess. 24. de refor. matr. cap. 1.

TITVLVS IV.

De conditionibus appositis.

SYMMARIUM.

- 1 Matrimonium conditionale impleta conditione perficitur.
- 2 Absolutio data cautione, ea non præstita, non ualeat.

DECISIO I.

Ex conf. 8. alias 1.

Qui Matrimonium coram parochio, & testibus per uerba de presenti sub conditione licita, nimirum; si patri eius placuerit, contrahunt; cap. super eo. de condit. appo. non tenentur post purificationem ipsam conditionem de nouo coram parochio iuxta Concilij Tridentini præceptum, sess. 24. cap. 1. de refor. matr. contrahere; quoniam enim consensus conditionatus præstitus durante conditione matrimonium non perficit, eo quod pendente conditione consensus ille non sit liber; qui tamen huiusmodi consensus continuatus usque ad impletam conditionem ea impleta consensus priorem perficit, & liber efficitur post impletam conditionem sine alio nouo consensu uerum matrimonium efficit; cum regula iuris receptissima sit, quod dispositio conditionalis adueniente conditione purificatur, adeo ut ab eo tempore ita censetur perfecta, ac si a principio purè contracta fuisset, & ex conditionali. Inst. de verb. oblig.

DECISIO II.

Ex conf. 20. alias 46. de statu Monach.

Qui iussus est ab excommunicatione absolui, data prius cautione de parendo iuri, & post moram in cauendo factam monitus, ut intra certum terminum præsentaret cautionem, illam intra præfixum terminum non præsentat, & accusatus de contumacia iudex in excommuni-

catione reintendit, etiam data postea cautione absolutio nõ valet; quia dispositio conditionalis ante impletam contritionem inefficax est; 9. omnis, & 9. ex conditionalis. Infit. de verb. obli. & c. si pro te. de resc. in 6. Iudex autem absolutio- nem de disse censetur sub conditione, si intra certum, & præ fixum terminum cautionem præstaret, quam cum ipse non præstiterit intra illum terminum, absolutio- nis beneficium non est adeptus. Vnde si talis se ingerat officijs Divinis, & pro absoluto se gerat, cum tamen nec verè absolutus esset, nec tempore debito cautionem dedisset, irregularis efficitur, & beneficijs suis, si quæ habet, iustè propterea privari potest. c. clerici, & c. fraternitati. de cler. excom. m. in fit.

TITVLVS V.

Qui clerici, vel vouentes.

Hic titulus deest in antiquis.

SUMMARIVM.

- 1 Intentione dum ordinantis, sed etiam ordinati, saltem virtualis conferendi, & suscipiendi sacramentum ordinis est necessaria, alioqui non imprimitur character.

DECISIO I.

Ex cons. 2. in Novis, deest in antiq.

1 **C**um intentio ordinantis, & etiam ordinandi saltem virtualis conferendi Sacramentum ordinis necessaria sit, sicut in baptismo, alioquin non imprimitur character, qui ficto animo cum beneficium haberet, sacrum subdiaconatus ordinem suscepit, ut fructus beneficij lucrifaceret, absque vlla dispensatione vxorem in foro conscientie valide ducere potest, & proles ex muliere, quæ bona fide illi nupsit, quem probabiliter subdiaconum ignorabat, vel quæ probabiliter suscipientem dispensatum credebat, nata legitima cenferi debet; ex tenore, & ibi glo. qui filij sint legit. fructus tamen beneficij, seu distributiones, quæ ratione beneficij, & ordinis lucratus est, ijs, quibus acceperunt, restituere tenetur, & in foro exteriori puniri, & ad vtendum ordine cogi poterit.

TITVLVS VI.

De eo, qui duxit in Matrimonium, quam pol- luit per adulterium.

SUMMARIVM.

- 1 Matrimonium contrahere possunt adulteri, qui maritum ad alium finem, quam contrahendi, occidunt.
- 2 Impedimentum impediens, & dirimens contrahitur, vbi adulter promittit adulteræ se illam ducturum, si ipsa pro- bet id posse fieri.
- 3 Papa solus dispensat super impedimento procedente ex eo, quod quis duxit aliam, adhuc viuenti nuptam.

DECISIO I.

Ex cons. 1. in vtrisque.

1 **M**aritus, qui vxorem adulteram, & adulterum per insi- dias occidere conatur, si adulter, & vxor eius hoc scien- tes absque intentione contrahendi matrimonium in illius mortem machinentur, & secreto occidant, inter se leg. timû postea matrimonium, his non obstantibus, contrahere pos- sunt. Tunc enim solum huiusmodi adulterantes inter se ma- trimonium contrahere impediuntur, quando maritum oc- cidunt seu mortem eius ad finem, & eff. etiam inter se con- trahendi matrimonium procurant, prout iura, & Doctores affirmant; c. 1. de eo qui du. in vxor. & c. 1. de conuers. in fi. & S. Thom. 4. d. 35. in exp. liter. & d. 37. q. 2. ar. 2. & Quidl. 5. art. 15. & Syl. verb. matrimonium, 5. q. 9. non autem quan-

do ob alium finem eum occidunt; præsertim cum ratio, & fundamentum inductionis huius impedimenti sit, ne mari- tum, aut vxorem aliquis, ad matrimonium cum alijs, quos, vel quas amat, contrahendum occidere præsumeret; Quæ ra- tio cessat cum alia quavis de causa eos, vel eas occidunt, ces- sante verò causa finali, & ipsa lex etiam cessare censetur, l. fi. ff. de hæred. instit. & ait Nau. in Man. c. 22. nu. 46.

DECISIO II.

Ex cons. 2. in vtrisque.

2 **Q**ui cum coniugata rem habuit cuius maritus per mul- tos annos absens fuit, illaque petit, vt ipsam ducat, & adulter adulteræ respondet se illam docturum prout petit dummodo ipsa probet id posse fieri, mortuo postea ad- ulteræ marito, adulteram illam ducere nequit. Eo quod ex promissione tali conditionali adulteri de ducendo adulterâ post mortem mariti, contrahitur impedimentum impediens, & dirimens matrimonium inter adulterum, & adulteram contractum. ca. fin. & toto tit. de eo qui du. in matrim.

DECISIO III.

Ex cons. 5. in Novis deest in antiq.

3 **M**atrimonium cum aliqua viuente marito illius; con- tractum nullum est, & mortuo illo de nouo contrahere oportet obtenta tamen prius dispensatione propter impe- dimentum, quod est inter eos natum ex titulo. (De eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.) Iam per quo solus Papa, cum sit impedimentum impediens, & dirimens, dispensare potest.

TITVLVS VII.

De cognatione spirituali.

SUMMARIVM.

- 1 Infans doli capax cognationem spirituales contrahere potest, secus, si doli capax non sit.
- 2 Cognatio spiritualis per alium contrahi nequit.
- 3 Patrinus, vt sit maior baptizato, non requiritur.
- 4 Patrimi plures designati si admittantur omnes cognatio- nem contrahunt.
- 5 Incestus inter cognatos spirituales, nec propriè incestus est, nec impedimentum impediens causat.
- 6 Impedimenta plura cum adsint, potest peti dispensatio ab vno, absque eo quod de alio fiat mentio.

DECISIO I.

Ex consil. 1. alias 2.

1 **Q**uamuis infans, qui nondum vsum rationis habet, nec peccare potest, nec obligare se voto intra primum se- ptennium ad contrahendum sponsalia sit ineptus, ex S. Tho. 4. d. 27. q. 2. ar. 2. cum patrinus in baptismo esse potest, cum baptizatum fidem catholicam docere, ad castitatem seruandum monere, & bonis moribus instr. uere nequeat; e- vos ante de consec. d. 4. & S. Thom. 4. d. 6. q. 2. ar. 2. vnde si talis baptizatum in baptismo teneat, cum eadem baptizata cognationem spirituales non contrahit, sed cum eadem matrimonium postea sine vlla dispensatione legitime con- trahere potest; Infans tamen, qui doli capax est, intra pri- mum septennium, & iudicium sufficiens ad peccandum mortaliter habens si quam in baptismo, vel confirmatione teneat, cum eadem cognationem spirituales contrahit, nec cum eadem postea sine dispensatione matrimonium con- trahere valet.

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 6.

2 **C**um cognatio spiritualis sit attentoria, leuatio, & tactus ex Sacramenti datione proueniens, capit. 1. 2. 3. 4. & 5. & c. omnes, 3. q. 1. c. contracto, & c. veniens, de cognit. spi- rituali, & patet ex Concil. Triden. sess. 24. c. 2. de refor. mat. & pro